

11 89

1795, 1

Q. D. B. V.

DISSERTATIO INAUGURALIS IURIDICA

DE

EQUITIBUS INCLYTI ORDINIS TEUTONICI
A SUCCESSIONE IN FEUDA RECTA ET
SECULARIA NON EXCLUDENDIS.

QUAM

RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO

SERENISSIMO ET POTENTISSIMO PRINCIPE

AC DOMINO

D O M I N O

GUILIELMO IX.

HASSIAE LANDGRAVIO RELIQUA

EX DECRETO

ILLUSTRIS IURECONSULTORUM ORDINIS

PRO GRADU DOCTORIS

IN UTROQUE IURE LEGITIME CONSEQUENDO

Die Junii MDCCXCV.

P U B L I C E D E F E N D E T

A U C T O R

CAROLUS GEORGIVS AUGUSTVS SCHOENHALS

Marburgo Hassus.

MARBURGI

EX OFFICINA KRIEGERIANA.



N. C. D. 6.

GOETHE'S
GÖTTISCHE
DÄMONEN

DEUTSCHE
EDITION
VON
CARL
HERMANN
REINHOLD
SCHWEITZER
UND
WILHELM
VON
HÖHENSCHNEIDER
MIT
EINER
INTRODUZIERUNG
VON
JOACHIM
KÜHN
UND
EINER
BESCHREIBUNG
VON
GOETHE'S
WANDELN
VON
1770
BIS
1774
VON
CARL
HERMANN
REINHOLD
SCHWEITZER
UND
WILHELM
VON
HÖHENSCHNEIDER
MIT
EINER
INTRODUZIERUNG
VON
JOACHIM
KÜHN
UND
EINER
BESCHREIBUNG
VON
GOETHE'S
WANDELN
VON
1770
BIS
1774

PROOEMIUM.

*Meditanti mihi dissertationis inauguralis argumentum, illud prae-
primis adrisit, in quo tractando nemo potissimum, atque, ut ajunt,
ex professo, versatus fuit. Immensum itaque jurisprudentiae cam-
pum circumspiciens, judiciumque quorundam amicorum hac in re
explorans, consilium venerandi patris mei secutus de Equitum Ordini-
nis Teutonici successionis in feudo recto, et seculari, idoneitate,
hanc qualemcumque conscripsi sciographiam. In quo themate eligendo
confirmavit animum, tum magnus doctorum diffensus, tum, quod
mihi ex genuino fonte, ex conclusis scilicet capitulo huius ordinis
generalis, ad confutandos dissentientes haurire licuerit.*

*Jam a seculo XIV. inde disputarunt ICTi quaestionem:
an fodalibus trium ordinum sacrorum militarium, ordinis nimirum
iamiam extinti, Templariorum, Hospitaliorum, et Militum Teu-
tonicorum, generalis, quae legibus tum ecclesiasticis, tum feudalibus,*

continetur, clericorum a successione in feuda recta, et secularia, exclusio, obflare, quominus in ea, jure sanguinis iis delata, succedere possint, nec ne?

Omnis, quotquot eorum consulere mihi licuit, quique passim de hac quaestione differuerunt, aut eam simpliciter affirmant, aut, nulla addita limitatione, negant, aut eatenus hos Equites successio- nis in feudo idoneos pronunciant, quatenus flatuta, aliaeque horum ordinum leges peculiares ita non obstant, ut, quae juramentum fide- litatis a vasallis exigat, praestare possint. Hi a), quorum senten- tiae, quin subscriberem, nullus dubitavi, plane in medio relinquunt, an sodales horum ordinum eiusmodi legibus obstricti sint, ut fidelitatem, qua vasallus domino suo devinctus est, ubique implere possint, nec ne? sed de earum diligent, et severiori custodia conquerentes nihil certi de hac re definiri posse autumant. Illi, qui horum equi- tum inidoneitatem succedendi in feudo ex statu clericali, quem iis

attri-

-
- a) Rosenthal in *Tractatu et synopsi iuris feudalis* cap. 8. conclus. 30. Berlich in *conclus. practic.* P. III. concl. 39. n. 50. Pistorius in *quaest. iur. Lib. II.* §. 22. Vultejus de *feudis Lib. I.* cap. 9. n. 6. 7. Itter de *feudis imperii* cap. 14. §. 54. Struvius in *Synt. iur. feud.* cap. 9. §. 9. Hoffmann in *diff. de clericorum in feuda in primis S. R. J. maiora successione* §. 2. 6. Wolff in *diff. de sacris ordinibus equestribus eorumque iuribus* §. 26.

attribuunt, derivandam esse putant b), argumentis innituntur aperte
spuriis, et statui eorum, et legibus, quibus reguntur, manifesto con-
trarii. Ipsi c) vero opinionem suam argumentis corroborant, aut
plane non genuinis, aut ita saltim comparatis, ut, quas negantes
in medium proferant rationes, minime tollant.

Quum itaque quilibet facile concederit, decisionem huius
quaestionei unice ab accurata, firmisque suffulta probationibus de-
pendere disquisitione: an leges, clericos a successione feudali excluden-
tes

b) Cravetta in Consil. 303, §. 3. Klock in Consil. 10, n. 135. ibique
allegati. Menoch de arbitrariis judicium quaestionibus juris Lib. II.
Cent. III. cas. 23. n. 19. et in Consil. 54. n. 24. Consil. 519. n. 8.
Roland a Valle in Consil. Vol. 1. Consil. 23. n. 39. Fachineus
in Controversi. juris Lib. 7. cap. 36. Bocerus in Tract. quaest.
controversi. de iure succedendi in feundum cap. III. quaest. 16.
de Ludewig in Diff. de clero exuale successionis in feuda secu-
laria et Principatus S. R. F. cap. III. §. 5. Ill. G. L. Boehmer
in Differt. de iuribus ex statu militari germanorum pendenribus
cap. III. §. 19.

c) Sonsbeck in Comment. in usus feud. P. 12. n. 115. Schrader in
Tract. feud P. 7. e. 5. n. 30. Carpzovius in Jurisprud. forensi
P. III. Const. 28. def. 2. Forsterus de success. ab intest. cap. 32.
n. 39. Hermes in fascicul. iuris publ. cap. 25. §. 24. Ludwell
in Synopsi iuris feud. cap. 9. n. 3. Nettelbladt in Diff. de cle-
ricorum evangelicorum in feuda secularia successione §. 38.

tes, in eos quadrent, iique veris clericis propter statum ipsorum ecclesiasticum aequiparari possint; ordo in themate dissertationis meae enucleando hic habendus videtur: ut primo rationes, ex quibus clerici successionis in feudo exfortes judicantur, tradam, deinde, has exclusionis rationes ad Equites Teutonicos, propitia Themide, applicari non posse, exponam, et denique opinionem meam contra oppositiones adversantium defendam. Quodsi vero non omnia legitime, accurateque disputata fuerint, spero fore ut B. L. juvenili aetati meae, primoque virium experimento, benigne ignoscat, et ea, quae corrigenda erunt, pro sua humanitate emendet.

C A P. I.

C A P . I.

TRACTANTUR RATIONES, EX QUIBUS CLERICI SUCCESSIONIS
IN FEUDO RECTO ET SECULARI EXPERTES IUDICANTUR.

§. I.

Praemissa notione clericorum,

Clericos a successione in feuda recta, et secularia ex praescripto legum feudalium exclusos esse, cuiilibet notum est. Omnes, qui equites ordinum sacerdorum mititarium huius successionis simili modo expertes esse contendunt, nulla alia exclusionis ratione utuntur, quam quod ob eorum statum ecclesiasticum clericis annumerandi, et, ducto ab his ad illos argumento, pari jure censendi sint. Meum igitur est, ad successionem feudalem horum equitum vindicandam, probare, quod cum illis quoad characterem essentialiem, clericos a laicis distinguenter, comparari non possint. Quo evicto, nemo contradicet, quod, cessante in his equitibus ratione, clericos ab hac successione excludente, eorum etiam exclusio cessare debeat. Antequam vero ad hoc me accingam, more veterum IICTorum d^r nominis notionem, quoniam, monente ULPIANO e), er

d) I. i. D. de J. et J.

e) I. i. §. II. D. de inspic. ventre.

et eorum interpretatio, quae manifesta sunt, non negligenda est, praemittendam putavi.

Status clericalis consistit in facultate, ab ecclesia legitime accepta, peragendi functiones, quae ad ministerium V. D. spectant. Haec potestas, qua data clerici a laicis segregantur, tribuitur inter Chatolicos aequae ac inter Protestantes per ordinis collationem, qua intelligitur actus, quo quis auctoritate ecclesiae ad ministerium V. D. canonice dicitur, nisi quod praeterea in ecclesia romana generalis destinatio ad hocce ministerium per primam tonsuram iuxta formam ecclesiae datam f) servetur, ideoque clerici in ea sint vel ordinati, vel saltim tonsurati g). Quum itaque character essentialis, quo clerici a laicis distinguuntur, in ministerio V. D., cui destinati sunt, consistat, clerici definiri possunt Christiani ad ministerium V. D. in ecclesia christiana subeundum legitime destinati h).

§. 2.

Traditur feudi proprii seu recti et secularis definitio.

Feudum inter alias, quas admittit, divisiones, in proprium quoque, et impro prium, dispescitur. Illud vocatur,

f) C. II. X. de aetate et qualitate praeficiendorum. C. 6. X. de transactionibus.

g) G. L. Boehmer principia jur. can. §. 78.

b) Nettelbladt in Diff. de clericorum evangelicorum in feuda secularia success. c. III. §. 21.

cui omnia naturalia insunt, id est, quod omnes ex juris auctoritate feudo inditas qualitates habet, ita, ut, nisi aliter conventum, ei inesse debeant *i*); sive, quod ex omni parte, ad sui naturam, seu rationem, uti Obertus ait *k*), feudorum communem, quam habent, ex iure vel consuetudine feudali. conformatum est; hoc vero, cui non insunt omnia naturalia, sed quorum intuitu ex conventione inter dominum, et vasallum, aliquid immutatum reperitur. Cum vero feuda propter militiam, et servitia militaria, potissimum introducta esse constet *l*), omniaque ea, quae a militia immunia deprehenduntur, vel quorum intuitu ad aliud officiorum genus vasallus domino obstrictus est, improppia appellari soleant *m*): ea feuda, quae servitia militaria annexa habent, quamvis in aliis a communione feudorum natura recedant, solummodo feuda propria, seu recta, dici consueverunt *n*). De hoc feudo, quod in re seculari, titulo ad dominium utile transferendum habili, investito, eiusque heredibus, in perpetuum constitutum esse praesumitur, hic sermo est.

§. 3.

i) Struv. Syntagm. juris feudalis cap. II. aph. 7.

k) II Feud. 2. §. 2.

l) II F. 55. §. 1.

m) Ius feud. alem. c. 113.

n) H. Horn de feudo franco. §. 9.

B

*Unde concluditur, clericum successionis in feudo incapacem
esse censendum*

i) *ob ministerium V. D., cui destinatus est.*

Clericis, ne ulla fere negotiis secularibus immisceantur, sub pena depositionis, et excommunicationis, interdictum est o), quoniam curae eorum negotiis seculi turbari non debent p). Clericorum enim est, orationibus, fletibus, atque lachrymis, pro populo quotidie vacare q). Quodsi hoc neglexerint, leges ecclesiasticae iis, tanquam sacrorum canonum contentoribus, proprii gradus amissionis poenam comminantur r). Igitur cum feuda propter servitia militaria porissimum introducta sint, ut servientibus loco salarii, atque stipendiis essent, clerici autem nonnisi ecclesiae suae, a qua beneficia tenent, inservire valeant, iisque laicorum vitam vivere prohibeantur s), facile intelligitur, clericos in feudo, militaria requirente servitia, succedere non posse, dum nemo militans Deo negotiis secularibus fere simul implicare debeat t). Accedit et hoc, quod ecclesiae juramento subiectionis obligentur,

vi

o) c. 1. X. ne clerici vel monachi secularibus negotiis se immisceantur,

p) c. 6. C. 23. qu. 8.

q) c. 19. C. 23. q. 8.

r) cit. c. 6. et 19. C. 23. q. 8.

s) c. 1. X. de apostatis,

t) c. 21. C. III. q. 3. cit. c. 6. C. 23. q. 8.

vi cuius contra omnes homines, vocati ad synodum, venire tenentur *u*). Est igitur extra omnis dubii aleam positum, clericos ob ministerium V. D., cui destinati sunt, servitia domino directo praefastare non posse, eaque de causa a successione in feudo esse removendos.

§. 4.

2) *ob inhabilitatem ad praefasta servitia militaria, quod probatur*

a) *ex jure canonico.*

Secundum formam fidei clientelaris in legibus feudisticis praescriptam *v*), vasallus obligatur ad ferendum domino in avertendis aliorum laesionibus contra omnes, excepto illo, qui *τό κύρον* in civitate tenet *w*), auxilium, eique servitia militaria, in quibus praesertim istius officii ratio cernitur, ad eius nutum praestanda. Sequitur exinde, ut omnes illi, qui a militia seculari abstinere jubeantur, feudorum incapaces habendi sint. Quorum in numerum potissimum referuntur clerci, quia eorum manus ab effusione sanguinis, cum ecclesia non sicut sanguinem, purae esse debent *x*). Sanguine humano enim sese inquinantes irregulares, et fungendis ecclesiae

B 2

mune-

u) c. 4. X. de jurejurand.

v) II. F. 6. et 7.

w) II. F. 55, in fine.

x) c. 19. C. 23, qu. 8. c. 6. D. 50.

muneribus inidonei censentur, quia non possunt simul Deo, et seculo, militare *y*), quid? quod in clericos militiam sequentes excommunicationis poena est statuta *z*). Cum itaque clericorum conditio ita sit comparata, ut secundum praecepta legum ecclesiasticarum fidelitati vasallitiae in exhibendis virtuis militaribus satisfacere nequeant, ratio, cur a successione feudali arceantur, utpote, quibus studium militare interdictum est, facile potest intelligi.

§. 5.

b) ex jure feudal longobardico

In decretis juris feudalis longobardici, quibus clerci a successione in feudo recto et seculari excluduntur, ratio exclusionis ubique memoratur. Miles monasterium ingressus feudo, quod habuit, ex hac ratione privatur, quod desit esse miles seculi, qui factus est miles Christi, nec beneficium pertinet ad eum, qui non debet gerere officium *a*). Porro omnes, qui domino servire non possunt, ut muti, surdi, coeci, claudi, vel alii imperfecti, successionis in feudo incapaces pronunciantur *b*). Hanc dispositionem extendit legislator ob paritatem rationis ad clericos et feminas his verbis: *sic diximus*

y) c. 6. C. 23. qu. 8.

z) c. 3. C. 20. qu. 5.

a) II. F. 21.

b) II. F. 36.

mus in clerico, in semina et in similibus ex nulla praefecto alia ratione, quam quod clerici, sicuti surdi, muti etc. id, quod juramentum fidelitatis quoad exercitium militare ab iis exigat, praestare non possint. Denique cautum est c), vasallum clericali militiae se dedicantem, feudum amittere, addita hac ratione, quod miles Christi Christo, miles vero seculi seculo, servire debeat. Aperte itaque ex his juris feudalibus longobardicis textibus adparet, clericos, quod prohibeantur a milibus servitiis, successionis in feudo expertes esse censendos.

§. 6.

c) *ex jure feudali alemannico et saxonico.*

Cum his textibus amice conspirant jus feudale alemanicum d) et saxonicum e). Fadem etiam dispositio in antiquissimo jure feudali saxonico f) continetur. Quamvis huius patrii

c) II. F. 109. in extraord.

d) cap. 1. §. 4. Pfaffen, Wibe und Geburen und alle die nit von ritterlicher Art sint geboren und die nit ehelich geboren sint, die sullen alle nit Lehnrechts haben.

e) Art. 2. Pfaffen, Wib, Dorfrer, Kouflüte und alle, die Rechts darben oder unecht geborenen sin und alle, die nicht sin von Ritters Art, vor Vatter und von elter Vatter, die sullen Lehenrechts darben.

f) Auctor vetus de beneficiis Lib. I. c. 4. clerici et mulieres, rustici et mercatores et iure carentes et in fornicatione nati et omnes, qui non sunt ex homine militari, ex parte patris eorum et avi jure carent beneficiali.

patrii juris dispositionibus nulla exclusionis ratio adjecta sit, ea tamen facile inde dregi potest, quod clerici jungantur feminis, mercatoribus, rusticis aliisque personis, quae tunc temporis militiae agendae incapaces habebantur. Nulla ergo alia subesse potest exclusionis ratio, quam inhabilitas ad servendum. Cui quoque sententiae favet speculum saxonum g), quod monachum hanc ob rationem: *dann er den Heerschild niedergelegt hat*, a successione in feudo removendum judicat. Quorum verborum alias Sensus esse non potest, quam, quod assumto monachatu, sese ad servitia militaria incapacem reddiderit.

Sed sufficiat, tam ex juribus peregrinis, quam domesticis probasse, clericos ex duplice hac ratione, nimirum propter ministerium V. D. et inhabilitatem ad servitia militaria domino directo praestanda, succedere in feudo non posse. Restat nunc, ut disquiram, an haec rationes ita sint comparatae, ut ad Equites O. T. accommodari possint.

g) Lib. I. art. 25.

CAP. II.

C A P. II.

AN EQUITES O. T. CUM CLERICIS COMPARARI, IDEOQUE A SUCCESSIONE IN FEUDO REMOVERI POSSINT, DISQUIRITUR.

§. 7.

Status Equitum O. T. clericalis non est, sed ecclesiasticus et regularis.

Sodales O. T. duplicitis generis esse, satis ex eiusdem Statutis liquet. Sunt enim vel clerici, vel Equites. Illi tanquam veri clerici ordines recipiunt, sacris vacant, et ad horas canonicas obstringuntur, ideoque, cum militia secularis iis, ac ceteris clericis, interdicta sit, a successione in feuda propria et secularia merito arcentur. Hi vero, de quorum idoneitate ad feuda habenda hic solummodo quaeritur, quorum quippe studium potissimum in exercitio militari consistit, dum non solum militiae sacrae, sed etiam aliis expeditionibus bellicis, quae contra Imperatorem, Imperiumque R. G. directae non sint, interesse debeant, quin tamen personis ecclesiasticis et regularibus annumerentur, nullum dubium est *h*), licet eo ipso clerici non siant, sed ab iis distincti maneant *i*). In actu enim investiturae more canonicorum regularium, votum monasticum, quo pauperes, castitas et obedientia promittitur, emittunt, ad Regulam Sti Augustini vivunt, bona, quae possi-

b) C. 3. X. de privilegiis.

i) C. 12. de electione et elecli potest.

possident, ecclesiasticis accensentur, et beneficiorum ecclesiasticorum privilegiis *k*), foroque ecclesiastico gaudent, instar canoniconum capitula habent, in quibus de bono ordinis deliberant, titulisque etiam ecclesiasticis: Hochwürdigler, Hochwürdiger; condecorantur. Sunt igitur hi Equites personae ecclesiasticae et regulares *l*) servitio militari praecipue destinati.

§. 8.

Servitia vasallorum militaria praestare possunt.

Omnis illos, qui servitia militaria praestare valeant, et praeererea non impedianter, quominus iis, quae a vasallis exigit fidelitatis juramentum, satisfacere queant, ad successionem in feudo idoneos habendos esse, nemo inficias ibit. Equites O. T. servitiis militaribus praecipue sunt destinati. Hoc jam ex eo patet, quod in symbolum status, quem eligunt, in actu investiturae gladio cingantur *m*), iisque a commendatore provinciali, quo modo, et in quibus occasionibus hoc uti debeant, explicetur *n*). Omnibus itaque, quae a vasallis exigendi domino

k) Inst. Pac. Osnabrug. Art. V. §. 14. et 15.

l) Ill. G. L. Bochmer in Inst. jur. canon. Lib. III. Sect. III. Tit. V. §. 449.

m) cap. 4. Stat.

n) cit. cap. 4, ubi haec verba: auch sollt ihr das Schwerd gebrauchen zu Beschützung gerechter frommer Menschen, des gemeinen Nutzens, Eures Vatterlandes, Waysen und dann Euer selbst Ehre, und keineswegs zur Leichtfertigkeit, oder unbilligen Beschädigung Eures Nächsten.

domino directo jus est, satisfacere valent. Qualitates quoque omnes, quae ab iis, qui in hunc ordinem intrare cupiunt, requiruntur, juxta eam, quod nobilitate atavita sedecim majorum distincti et Germani esse debeant, nihil aliud, quam militiam agendam sibi propositam habent. Ut enim in hoc vitae genus rite possint incumbere, desideratur in iis, ut vitiis corporeis, vel visibilibus vel non visibilibus, haud laborent o), et, ne corporis robore ad pugnandum necessario careant, neque minoris sint viginti et quatuor, neque majores quinquaginta annis p). Porro eos bello aut contra Turcas, aut alias hostes juste et aperte, nec vero contra Imperatorem, nec Imperium R. G. gesto, per tres expeditiones interfuisse oportet q). Si vero ipsis contra hostes

o) cap. 2. Statut., queest. 3. Zum andern, so soll er auch von Gliedmaßen gerade und ohne allen Leibes Mangel und heimlichen Siechtagen seyn.

p) Stat. ord. I. c. qu. 5. Soll keiner in Orden genommen werden, er seye dann seines Alters vier und zwanzig, auch keiner älter, als fünfzig Jahr.

q) Conclus. cap. gen. de ao. 1700. §. 12. ad proponendum nonum, ubi ita dispositum est: das fürohrin keiner zu der Einkleidung und Profession gelassen werden solle, er habe dann zuvor seine drey rittermäßige Campagnen in einer ehrlichen Expedition und Emploie dem Ordensbuch gemäss, und solches zwaren wider den Erbfeind christlichen Nahmens, oder andere Unglaubige redlich und rühmlich verrichtet. *Porro ibidem facit*: wobey dann so viel die drey Campagnen, als das Hauptstück des ordensmässigen Novitiats betrifft, auch dieses weiter geschlossen und *pro lege regulari* angenommen worden, das, wann kein Krieg mit den Türken oder andern Infidelibus vorhanden wäre, alsdann der Ordens-Candidat entweder seine drey Caravanen mit dem läblichen Johanniter-

— 18 —

hostes pugnandi occasio defuerit, litteris reversalibus, se illud prima occasione data, facturos esse, vovere debent r); cui promisso, ut accurate satisfaciant, exardente bello, a commendatore provinciali litteris, uti vocant, circularibus, jubentur s).

Per-

Orden in Maltha verrichten, oder aber, sofern dies wegen des *recipiendi* kundbarem Unvermögen füglich nit geschehen könnte, derselbe wenigstens in einem andern redlichen und offenen Krieg, der jedoch gegen Ihro R. Kayserliche Majestät und gegen das Reich nit angesehen oder gerichtet seye, sich gebrauchen lassen, in dessen allen Entstehung aber und wann hierzu gar keine Gelegenheit obhanden, sich in einer vornehmen Gräntzvestung wider die Unglaubige in Garnison exerciren und tiben sollen.

r) Concl. cap. gen. d. ao. 1736. ad proponendum 13. Finden die seither dem Gros- Capitul Schluss de ao 1700 eingeführten Reversales wegen Verrichtung der statutenmässigen drey Campagnen die wiederholte Gross-Capitularische Approbation, als wodurch sich die Ordens-Novizen verbinden, bey auskommendem Krieg, welcher nit wider Ihro Kayserliche Majestät und das Reich geführet wird, ihre drey Feldzüge auf ihre eigene Kosten und ohne adjuta des hohen Ordens zu verrichten.

s) Concl. cap. gen. d. a. 1764. §. 4.: dann ist vor gut befunden worden, dass die Herren Land-Commenthuren von tragenden Amts wegen Dero besonders Augenziel darauf schlagen, somit Dero untergebene Ordens-Rittern, so ihre Ordensmässige Feldzüge noch nicht verrichtet haben, anweisen sollen, dass sie nicht nur denen kriegerischen Operationen, welche gegen den Erbfeind Christlichen Nahmens hiernächstens etwa ausbrechen dürfen, beywohnen, sondern auch in denen Kriegen sich üben und gebrauchen lassen sollen, welche redlich und gegen Ihro Kayserlich- Königliche Apostolische Majestät und heilige Römische Reich nicht gerichtet sind.

Praetatis expeditionibus, redeuntes superioribus suis per testimonia, a duce exercitus ipsis data, fese fortes, utque eqites decet, quacunque oblata occasione, praebuisse, fidem facere debent *t*). Eos quoque arma semper in promtu habere oportet, ut, quoties superiorum jussus ab iis exigat, armati statim hosti obviam ire, et fortitudinis suae specimina edere queant *u*). Hostem fugientes, aut fugae auctores, summam, qua secundum statuta adjici possunt, poenam patiuntur, ordine nimirum cum infamia expelluntur, et ad carcerem perpetuum condennantur, ita, ut, ne magnus ordinis Magister quidem, hoc loco jure aggrariandi, alias illimitate ei competente, uti velit *v*). Penitatis nunc accurate omnibus his obligationibus, et quali-

C 2

tati-

- t*) Stat. ord. cap. 5. Ebenmäig, wann er wieder kommt sich anmelden, auch die Zeit seines Wegreisens, wie auch seiner Wiederkunft fleisig verzeichnen lassen, damit wenn er seine Residenz compliret, desselbigen einen schriftlichen Schein von seinem Obristen dem Land- Commendatur bringen etc.
- u*) Stat. ord. 1. c.: Sein Pferd und Waffen soll er zu allen Zeiten in guter Achtung haben, damit er auf jedesmahl des Obristen Begehren, und sich die occasion präsentiret, an dem Feind, wie es einem Ritter gebührt, sich erzeigen mag.
- v*) Statut. ord. cap. 14.: die vierte und allerhöchste Strafe soll seyn, einen mit Spott und Verkleinerung seiner Ehren aus dem Orden zu stossen oder in ewige Gefängnisse zu condenniren. — 8) der vor dem Feind im Feld oder sonst eine Flucht verurlachet: diesfalls stehtet dem Hochmeister und Gross. Capitul nicht einmahl das Begnadigungsrecht zu, sondern sollen mit ewigem Gefängniß bey Wasser und Brod gebüßet werden.

tatibus, facile est perspectu, neminem Equitibus O. T. vi instituti, et destinationis, ad servitia militaria praestanda, omnibusque, quae Domino directo a vasallis exigendi jus est, satisfaciendum aptiorem haberi posse. Nullis enim vasallis magis confidere potest dominus directus, quam iis, quos, et status, et leges, quibus devincti sunt, hostem fugere vertant,

§. 9.

Equites Teutonici servitis tam-militaribus, quam paganis extra ordinem suum se se obligare non impediuntur.

Vidimus §§. praecedentibus, militum O. T. statum ita esse comparatum, ut non Verbi Divini ministerio, sed militiae agendae destinati sint. Docebo nunc. nec voto obedientiae, quod in actu investiturae faciunt, eos impediri, quominus et aliis praeter ordinem suum servire, ac proinde omnibus, quibus juramento vasallitico obstringuntur, satisfacere possint.

Obligati sunt Equites Ord. Teut., ut tum in politicis, tum militaribus negotiis magis magisque exerceantur *w*), nec

m) Cap. 5. Statut. Ist dahin zu denken, dass die Ritter Krieg, fremde Länder und Sprachen zu erfahren und zu erlernen, auch sonst in rühmlichen Herrn Dienst mit Vorwissen des Meisters und Land-Commenthurs sich zu begeben beschiesen seyn sollen etc. Concl. cap. gen. de a. 1671. ad deliberandum 10.: Auf die bey dem zehenden und letzten Hauptpunkte propositionis vorgestellte Frage: ob durchgehend einem Land-Commenthuren, oder Ordens-Rittern nachzugeben, sich in fremder Herren

nec in otio vivere, et redditus beneficiorum ipsis assignato-
rum, ignave profundere videantur x), ad aliena quaerenda
mini-

Herren politische oder Kriegsdienste Bestallung und Pflicht einzulassen, wann's bevorab zu Versäumung einer oder andern Balley Commenden oder Ordensgeschäft und Obliegenheiten gereichen mögte, ist einhelli-
ch resolviret, das vorderst dasjenige, was hiervon in den Ordens-
Statutis c. 7. circa finem wohlbedächtlich verordnet, allerseits treulich
vollzogen werden solle, wobey der mehreren Capitularen nicht unbe-
gründete Meinungen ferner auch dahin anziehlen, daß wenn ein Ordens-
Cavalier ohne dessen und seiner innhabenden Commenden Schaden, und
Nachtheil bey einigen Chur- und Fürstlichen Hösen, oder in Kriegs-
diensten, mit der in angezogenem Capitel 7. Statutorum bedingten Maas
sich emploieren könne, daß man dergleichen wohl gestatten und ihn
in seiner fortun und avantage nicht hindern solle; angesehen hierdurch
derselbige sich beliebt und dergestalten experimentirt machen, daß der
Orden sich seiner, und dergleichen qualisirten Subjecten nach der Hand
auch ersprieslich bedienen kann; und in fine mit der Limitation: wann
nur der Krieg nicht gegen den römischen Kayser und das Reich oder
dessen considerabels Mitglied gerichtet. Concl. cap. gen. de 1791. §. 4.
Ist verordnet worden, daß künftighin mehr Aufmerksamkeit auf die
Auswahl deren Ordens- Candidatent verwendet, keine andere, als mit
erprobten guten Eigenschaften verschene und in angefehenen Civil- oder
Militairdiensten entweder würklich stehende oder doch dazu befähigte
Subiecten in den Hohen Orden aufgenommen und bey dieser Aufnahme
vorzüglich das Augenmerk dahin genommen werden solle, ob die zu
recipirende Candidaten so viel Vermögen besitzen, um sich von ihren
habenden eigenen, oder von den Stellen, die sie begleiten, beziehenden
Einkünften standesgemäß erhalten zu können.

x) Concl. cap. gen. d. ao 1662. ad deliberandum 9. Und damit die junge
Ritter

ministeria, idque se facturos litteris reversalibus spondere debent y). Facultas haec, et obligatio ambiendi eiusmodi ministeria nullo alio modo circumscripta est, nisi, quod de eo certiore reddere generalem ordinis Magistrum, et Commendatorem provincialem, eorumque permissionem, quae nunquam iis denegatur, impetrare debeant z). Quid? quod ne ab ipsorum arbitrio quidem penderet, his ministeriis se abdicare, sed hac de causa et generalem Ordinis Magistrum, et Commendatores suos provinciales adire, eorumque concessionem exspectare tenentur a). Igitur, cum iis ab Ordinis
super-

Ritter Brüder nit in otio, und denen Land-Commenthuren mit Beschwerden übern Hals liegen bleiben, haben sich Ihr Hochfürstliche Durchlächte gnädigst erbotten, die zu Kayserlichen Kriegsdiensten von Ihnen den Land-Commenthuren angewiesene und bey derselben sich anmeldende der Kayserlichen Majestät habenden Qualitäten nach, angelegentlich zu recommendiren.

y) Concl. cap. gen. de ao 1764. §. 20. Ipsa litterarum reversalium verba sic sonant: Infonderheit aber in Keuschheit, Gehorsam und ohne Eigenthum zu leben, den Krieg wider den Erbfeind auf meine Kosten, nach dessen Endigung aber unter Landcommenthurlichen Vorwissen, auch Hoch und teutschmeisterischer gnädigster Bewilligung mich in andern Kriegs- und politischen Diensten zu üben und aufzuhalten.

z) Cap. 7. Stat. in fine: Wir ordnen auch, da ein Commenthur sich in Hungarn oder Kriegsdienste zu begeben Willens ist, so soll solches mit Vorwissen des Land-Commenthurs und bewilligung des Meisters etc. geschehen.

a) Concl. cap. gen. d. 1764. §. 5.: Soll keinem Ordens-Ritter, wer der auch seyn mögte, vor das künftige mehr erlaubt seyn, die mit Hoch- und

superioribus concedatur, extraneis belli, pacisque ministeriis
desfungendi licentia, totque Equites Teutonici in omnium
fere Germaniae Principum ministeriis versentur, sua sponte
sequitur, ut quoque officia, ministeriis annexa, debitamque
praepositis suis obedientiam praestare possint. Per expressam
praeterea dispositionem obstringuntur ad hoc b) jubenturque,
si e militia recedere velint, ducis ipsis praepositi concessionem
imperrare c). Nec sine hac permissione nullam occasionem,
qua oblata, gloriam sibi honoremque parere possint, praeter-
mittere debent d). Patriae praeferim omnibus in rebus,
quibus utilitatem ei adserre valent, ad servitia praefanda ob-
ligati sunt, eaque tunc in primis denegare ei non possunt;

cum

und Teutschmeisterischer und respective Land-Commenthurlicher Be-
willigung angenommene Militair- und Civildienste zu quittiren, ohne
vorhero die Hoch- und Teutschmeisterische auch Land-Commenthurliche
willfährige Entschlüssung desfalls ausgewürket und erlangt zu haben.

b) Cap. 7. statut.: Dem Obristen, so ein Ritter untergeben soll er in billigen
Sachen allen getreuen Gehorsam leisten und gebührlichen Respekt tragen.

c) Cap. 5. statut.: Wenn er von seiner Gräntz weg will, (soll er) von
seinem Obristen, oder wer an seiner Stelle commandirt, Erlaubnüs
nehmen.

d) Cit. Cap. 5. statut.: Er soll auch in allen rühmlichen Occasionen,
so sich in währender Zeit seiner Residentz gegen den Feind begeben
mögten, befinden, und keine derselbigen, es geschehe dann aus Er-
mänglung der Gesundheit, andern hochwichtigen Ursachen, oder aus
Befehl und Bewilligung des Obristen, nicht versäumen.

— — — — —

cum specialibus propterea devincti sint obligationibus e), quae innuantur legis hisce verbis: *oder da es ihme sonsten zu thun gebühret; quibus nihil aliud intelligitur, quam, quod praeter officia, quibus ordini obstringantur, aliis praeterea peculiari bus, sicut vasallus domino, obligentur.* Quae cum ita sint, Equites O. T. praeter ordinem se aliis etiam obligandi potestatem concedi, hincque, qua vasallos domino directo, praefito fidelitatis juramento, singula servitia, tum militaria, tum pagana, praestare, et in bellis non solum contra infideles, sed in omnibus etiam aliis contra Imperatorem et Imperium R. G. non directis, militare posse, facile adparet.

§. 10.

Interdilectum, ne Equites O. T. bello contra Imperatorem aut Imperium R. G. intersint, non obstat, quominus fidelitati vasalliticae satisfacere possint.

Videri quidem poterat impedimentum, quomiaus Equites O. T. fidelitati vasalliticae, vi cuius domino ad auxilium contra quemcunque praestandum obstricti sunt f), satisfacere possint

e) Cap. 7. Stat.: Wann es sich begebe, daß in einer oder der andern Provinz, allda es Ordens-Häuser hätte, Aufruhr oder Kriegs-Empörungen entstehen würden, so soll ein jeder Commentur wohl Macht haben, dem Vaterland und der Gerechtigkeit zum Besten hülflich und räthlich (da es anders an ihn gefucht soll werden, und dem Orden nicht schädlich noch nachtheilig, oder da es ihm sonst zu thun gebühret) zu erscheinen etc.

f) II Feud. 7. et II Feud. 5. §. 4.

sint, quod leges ordinis (§. 8 et 9.) eos bello contra Imperatorem, aut Imperium R. G. directo, interesse vetent; ast minister! Imperator enim, vel rex, in forma fidelitatis dissertis verbis excipitur g). Haec juris dispositio, cum superioritas territorialis aemuletur summam potestatem, ex ejus analogia merito ad quemcunque extenditur, qui τό κύριον in republica tenet h), vel cui vasalli nexus imperii civilis, sicuti vasalli dominis suis territorialibus, ratione feudorum extra curtem, vel Equites O. T. magno suo Magistro, devincti sunt i). Cum praeterea omnes imperii cives in pace publica k) sibi invicem armata manu, coadunatis hominibus, doloque malo, vim publicam inferre, eaque mente foedera pangere, gravissima sanctione poenali prohibeantur, Equites Teutonici certe fidelitatem vasalliticam eo non violant, si domino directo, Imperatori aut Imperii R. G. membro bellum inferre volenti, servitia feudalia denegant. Multo minus itaque ejusmodi servitia contra magnum Ordinis Magistrum, qua procerem Imperii, et cui praeterea nexus civili devincti sunt, ab iis postulari possunt,

§. II.

g) cit. II. F. 7. et II. Fend 55. §. 2. in fine.

h) Horn in Jprud. feud. c. XVIII. §. 13.

i) Ill. G. L. Boehmer in Inst. juris feudalis §. 238. Sigel principia juris feudalis cap. 7. §. 28.

k) art. 1. §. 1.

§. II.

Comparantur invicem clericci et Equites Teutonici.

Quaeri nunc poterit, in quonam articulo Equites O. T. clericis sint similes, ut, quemadmodum illi, a successione in feudis excludi possint? Omnes JCTi conclamant, clericos eam ob causam feudorum expertes haberi, quod servientes Deo fesse militiae seculari implicare, ideoque Domino debita servitia praestare prohibeantur. Hanc ob rationem leges feudales eos etiam expresse successionis in feudo incapaces declarant, dum de clericis loquuntur, qui, assumto clericatu, arma bellica depositus ^{l)}, quique in hoc statu Domino suo servire non amplius potest ^{m)}. Verum enim vero Equites O. T. non sunt clerici, proprie sic dicti, cum partim secularem, partim ecclesiasticam personam repreäsentent. Religiosi propter emissâ vota non proprio, sed largo modo, et secundum quid tales, appellantur, et verius laicis accensendi sunt ⁿ⁾; nam neque tonsurantur, neque ordines recipiunt; habitum religionis non assumunt, sed militari veste, clericis interdicta, incedunt ^{o)}; calcaribus deauratis, quibus in actu investiturae insigniuntur, quaeque clericis portare

^{l)} II. F. 21.

^{m)} II. F. 36.

ⁿ⁾ Hermes in fascicul. Jur. publ. cap. 25. §. 24. Richter in consil. et responsi. Vol. II. consil. 115.

^{o)} Concl. cap. gen. de 1764. §. 43. et Concl. cap. gen. de 1780. §. 25.

rare expresse interdictum est p), utuntur q); sacra non administrant; arma bellica non deponunt, sed iis magis addicti sunt; non solum pro fide christiana adversus infideles, sed etiam adversus quemicunque hostem, excepto Imperatore Imperioque R. G., pugnare jubentur. Nihil itaque cum clericis commune habent; in iis plane ratio cessat, ex qua clericis a successione in feudo removentur. Cessante autem ratione, et causa legis, et ipsam eius dispositionem cessare oportet r). Est ergo extra omnis dubitationis aleam positum, Equites O. T. aequae, ac quoslibet alios, qui domino servitia feudalia praestare valeant, ad feuda habenda idoneos esse censendos, quid? quod, et in pluribus legibus provincialibus tales declarantur s).

Quibus ita expositis, facile eorum argumenta refutare potero, qui Equites Teutonicos clericis comparant, eosque ideo a successione in feudo excludendos esse contendunt.

D 2

C A P . III.

p) c. 15. X. de vita et honestate clericorum.

q) c. 4. Statut.

r) c. 60. X. de appellat.

s) in Cod. civ. bavarico de a. 1756. part. 4. Cap. 18. §. 12. sequenti modo dispositum est: b) die Weltgeistliche, jedoch salva observantia, wo sich solche widrig bezeugt und mit Ausnahme deren bereits vor angetretenem Clericat erlangten, wie auch jener Lehen, worinn die Weibspersonen zu succediren haben, als welchen sie der Lebensfolge halber regulariter gleich gehalten werden: Und seynd im übrigen weder die

Teutsch-

C A P. III.

ARGUMENTA EORUM, QUI EQUITES TEUTONICOS AD SUCCESSIONEM IN FEUDO INIDONEOS ESSE AUTUMANT, REFUTANTUR.

§. 12.

Enumerantur haec argumenta.

Doctores juris feudalis, qui Equites religiosos ad successionem in feudo idoneos esse negant, sequentibus potissimum utuntur rationibus: ut dicant

1) eos armis suis, nonnisi adversus infideles ecclesiae Christi hostes, nec vero adversus alios, uti, proindeque domino feudi debita servitia praestare non posse t);

2)

Teutsch- oder Malteser- noch andere dergleichen Ordensritter unter den Geistlichen hierinnfalls begrissen. In consit. Saxonica XXVIII, P. III. cautum reperitur: dass die geistliche Personen aus deren Lehngütern Succession nicht können noch sollen ausgeschlossen werden, sitemahlen sie ihre Lehen durch andere substituirte, gegen den Lehenherrn, verdienen können, dessen sind unsre verordnete einig. Hieraus folgt auch, dass viel weniger die Ordensherrn und milites Hierosolymitani von der Succession in die Lehengüter können ausgeschlossen werden.

t) Cravetta in Confil. 303. §. 3. Menoch in Confil. 54. n. 13 fqq. et Confil. 519. n. 8. Fachinaeus in controverf. juris T. II. Lib. VII. cap. 36. Boquerus in Tract. quaest. controvers. de jure succedendi in feudum

2) magno eorum Magistro ita esse obstrictos, ut a nutu eius dependeant, et contra quoscunque splendoris, et incrementi ordinis, curam habere debeant, ideoque juramentum, vi cuius vasallus contra omnes, etiam contra proprium ordinem, auxilium ferre promittere debet, salva conscientia praestare non possint *u*;

3) personis laicis, quibus tamen solummodo in legibus feudalibus, et aurea bulla, successio in feudo adjudicata sit, accensendos non esse, sed in numero clericorum haberri, et generalitatem textuum feudarium, postquam se regulis Sti Augustini dicariant, ad eorum exclusionem sufficere *v*);

4) nemini, quam suo ordini, se obstringere posse, sed potius nullo se juramento obstricturos, in nullis judiciis, nisi coram ordine, comparituros, et cum nemine absque ordinis consensu, contracturos promittere debere *w*);

5) tanquam personas religiosas, Deo dicatas, et beneficia refinentes ecclesiae suae inservire, sacra peragere et officium dicere

feudum cap. III. quæst. 16. p. 209. de Ludewig in Diff. de clericis exule successionis in feuda secularia et Principatus S. R. J. cap. III. §. 5. Ill. G. L. Boehmer in Diff. de iuribus ex statu militari veterum Germanorum pendentibus cap. III. §. 19.

u) de Ludewig l. c.

v) de Ludewig l. c. Bocerus l. c.

w) de Ludewig l. c.

dicere debere, domino directo iraque servire non posse ^{x)}); tandemque

^{y) interdictum sicut obstat in aliis bellis} 6) eos, vi praestiri paupertatis voti, in dominio nihil habere, ideoque feudi compotes fieri non posse. Sed haec eorum argumenta ita sunt comparata, ut facile ad ea possit responderi,

§. 13.

RESPONDETUR

ad argumentum primum.

Equites Teutonici secundum primaevum eorum institutum quidem, ut tres in Turcas faciant expeditiones, sunt obligari ^{y)}; at ea legis dispositione minime iis militia in aliis bellis est interdicta. Non solum ordinis statuta, omnibus nota, praecipiunt, ut hi equites peritiae arris belli, notitiaeque terrarum exotiarum consequendae causa, praeter ordinem aliis principibus, procuribusque Imperii, operam suam condicere debeant (^{§. 9 n. I.}), sed multae noviores etiam ordinis leges, quibus statuta sensim declarata sunt, atque emendata, expresse eos jubent, si occasio nem contra infideles dimicandi nancisci non possent, aliis interesse bellis (^{§. 8 et 9}). Quis enim exercitus his temporibus contra Gallos in bellum eductos perlustrans non ubique conspiciet Equites Teutonicos contra hos pro patria, pro aris, focus

^{x)} Cravetta l. c. Menoch de arbitriis judicium cauiss et questionibus Lib. II. Cent. III. Consil. 231. n. 19. Bocerus l. c. l. III. qu. 16.
^{y)} cit. cap. 5. Stat.

focisque pugnantes! Valde itaque mirandum est, a quibusdam juris feudalis doctoribus thesin, ex rationibus aperite spuriis, quibusque quotidiana experientia contradicit, defensam fuisse.

Quae cum ita se habeant, cumque Equites Teutonici tam militiae sacrae, quam seculari interesse possint, quilibet facile perspiciet, eorum etiam opinionem z), qui his Equitibus adiutum ad Burgmanniatum negant, quamvis ingenue fateantur, admissionem ad hoc consortium unice ab habilitate ad servitia militaria praestanda dependere, eo magis omni desitui fundamento, quod certum sit, Commendatorem provincialem Marburgensem, et Commendatorem Francofurtensem, Sodales Burgmanniatus Friedbergensis hereditarios, eodem juramento a)

et

z) Ill. G. L. Bochmer in cit. Diff. Cap. III. §. 19.

a) Gemeiner Burgmann - Fid.

Ein jeglicher, der Burgmann wird, der solle uff Stunde dem Burggraffen von Ihro Kaiserlichen Majestät und des heiligen Reichs wegen geloben, und mit zweien aufgerekten Fingern zu Gott und seinem heiligen Wort schweren, unfern allergrädigsten Herrn dem römischen Kaiser oder König und gemeiner Burg getreu, holdt und gehorsamb zu seyn, in allen der Burg surfallenden Sachen, Burggraffens, Baumeistern und des Regiments Bescheid zu gewarten, was man wegen der Burg mit ihm communiciret, oder er dabei erfahren, außerhalb des Regiments zu helen und zu verschweigen, auch deme allem entgegen kein ander Recht zu suchen noch vorzuwenden, sondern sich, vermög habenden Burg Friedens desselben Austrags begnügen zu lassen, König Albrechts seiligen Brief, den Burg - Frieden, Sühn - Strick - und andere Briefe zwischen Burg und

er ad huius castri defensionem, uti ex litteris subjunctis b) parer,
aeque ac reliquos castrenses, obstrictos esse.

§. 14*

und Stadt, das Regiment der Burg, auch der Burg Obrigkeit, ihre Bey-
und Unteraffen, Zugehörungen und Gerechtigkeiten, die neue Addition
und alle andere der Burg verschreibunge, Privilegien, Gnad und Frey-
heit, auch ihr alt Herkommen und Gewohnheit zu halten und nach sei-
nen besten Vermögen handhaben und zu schirmen, dafern er auch
einigen der Burggraffiat - capitulation zuwiderlauffenden Missbrauch er-
führe, so soll er solchen notisificiren, damit gesamter Hand gegen solche
Attentata zulängliche Remonstration geschehen möge, als ihm Gott helf
und sein heiliges Wort, ohn Gefährde.

Dass vorstehende Abschrift des gemeinen Burgmann Eides, worauf
die Herrn Burgmanne somit auch die jeweilige des hohen teutschest
Ordens Commenthurn zu Marburg und Frankfurth als Burgmanne ver-
pflichtet werden, der Original-Eidesformul, wie folche auch in dem
gedruckten Exemplar des Burgfrieden nebst andern Satz- und Ordnun-
gen, Burggrafen-Capitulation am Ende beygefüt und jedem Herrn Burg-
mann bei dem Auffchwören behändigt werden, gleichlautend gefertiget
sey, darauf auch die beide des hohen Teutschchen Ordens Herren Com-
menthuren zu Marburg und Frankfurth, nämlich Herr Beat Conrad
Philipp Frh. von Reutner von Weil am 7ten Juny 1777, und Herr
Franz Phil. Frh. von Heddendorff den 19ten Oct. 1789 bei Regiments
Convent als Burgmanne wirklich verpflichtet worden; ein solches wird
unter Vordruckung des Kanzley Infiegels hierdurch beurkundet.

Burg Friedberg den 15ten May 1795.

(L. S.) Kanzley daselbst.

J. A. Bapst, Canzlei Secret.

b) Unsere freundliche Dienste, vndt alles gutts zuvor, Ehrwürdiger,
Hoch-

§. 14.

ad argumentum secundum.

Vi juramenti vasallitici Equites Teutonici adigi non pos-
sunt, ut contra ipsum ordinem auxilium praesbeant. Obliga-
tio,

WohlEdler vnnndt Gefrenger, insfonders freundlicher lieber Schwager,
vnnndt Mitthaußgenoß,

Damitt bey Itzo anntriniger Kriegsgefahr, vnnndt vor Augen schweben-
den geschwinden Leuften, vnsere die Kayserliche: vnnndt des H. Reichs
Burg allhier nichtt ohnverhüttet bleibe, sondern mitt Wachttcn vnnndt
andern dergleichen notwendigen Dingen verschen, auch hierinnen Gleich-
heit zwischen vnnfs den Burgmannen gehaltten werde: So ermahnen
Wir Euch' hiemitt bey denen Pflichten, damitt Ihr errührter unser der
Kaiſerlichen Burg verwandt vnnndt zugeethan seit, auch fo weit wir
Euch vnsers habenden Burg Friedens halben zu ermahnen haben, vor
unsere Personen freundlich gesinnendt, Ihr wöllet vff Montags, den 21
dieses schiersthinn, inn eigener Person, mitt ewrer Rüstung, gegen
Abendt alhiero zue Friedbergk einkommen.

Im Fall aber, das Ihr ehehafter Geschäftten halber nicht erscheinen
köndete, einen andern vom Adel, oder einen tüglichen glaubhaftigen
reyfigen oder Soldaten, zur nottuſt mundiret, vnnndt mitt einer gutten
Scittenwehr verschen, ann ewre statt, annhero in vnſer die Ehrner-
nannde Burg ſchicken, vnnndt ſich demefelben bey vnsfern hierzue ver-
ordneten angeben laſſen, fürtter einen Monat vber, oder fo lang man
denſen zue begebenheit behuſſen würdet, vff *ewren* Coſten vnnndt
Unterhalt, alhiero Burghutte zuethun; vnnndt foll Ihme hierzue die be-
hörende oberwehr, aus unſerm der Burg Zeughauſſe gegeben, vnnndt
zugeſtellt werden.

E

Darann

tio, servitia contra Imperatorem praestandi, deficit, quoniam in forma fidelitatis diserte est excepta c). Ex analogia vasalli etiam contra illum, cui nexus imperii civilis, quemadmodum Equites Teutonicici ordinis suo, devincti sunt, opem ferre non debent (§. 10.). Et praetera, cum in pace publica d), sublato jure manuario, omnes dissidationes inter Imperii membra sub poena banni prohibeantur e), ita, ut unum Imperii membrum alterum bello laceſſere non possit, nisi reum fractae pacis publicae fieri velit; Equites Teutonicici optimo jure domino suo directo contra ordinem quid molienti, servitia feudalia denegant.

Licer,

Darann thutt Ihr Burg Friedens halb ein Genügen, vnſerer person halben aber freundlichen Willen; vndt Wir feindt vndt verbleiben Euch hiemitt zue dienen geneigtt. Datum zu unfer der Kaif. Burg Friedbergk Montags nach Laurenty den 14ten Augufti, ao etc. 1620.

Burgk Graue, vndt Adeliche Bawmeiſter daselbst,
Pſent. 17. Augufti ao. etc. 1620.

Inforderungen zur defension betreffende.

INSCRIPTION

Dem Ehrwürdigen, wohledlen vndt Gestrengen Friederichen vonn Hördā;
Teuttsch Ordens Landt - Commenthurn der Balley Hessen, vndt Com-
menthurn zue Marpurg etc. Vnserm innſonders freundlichen lieben
Schwager, vndt Mitthauſgenoffen.

Marpurg.

- c) II Feud. 55. §. fin.
- d) in Prooem. §. 1. et 2.
- e) Inst. Pac. Osnabrug. Art. XVII. §. 7.

Licet, quācunque occasione data, omnibus viribus contendere debeant Equites Teutonici, ut ordinis utilitas promoveatur, per se tamen patet, licito modo id fieri debere, quod et in legibus ordinis, eos iniuste ordini quid adquirere vetantibus f), expressis verbis confirmatur. Eo vero fidelitas vasallitica minime violatur. Quilibet enim munera, aut militaria, aut non militaria, suscipiens, jurato promittere debet, ut, quotiescumque sibi obtulerit occasio, domini sui utilitatem promovere, damnum vero avertere velit. Quo itaque, si impeditur, quo minus fidelitati vasallitiae satisfacere posset, absurdum inde sequeretur, quoslibet alios in aliorum ministeriis constitutos, aequae minus, ac Equites Teutonicos in feudo succedere posse.

Nec votum obedientiae, ordini praestitum, est obstaculo, quin vasallagio satisfacere possint, cum iis permisum, quid? quod imperatum sit, ut extranea belli, pacisque ministeria subeant, virtutibusque quam pluribus se magis magisque ornent (§. 9). Non igitur timendum est, ne ab ordinis superioribus contraria jubeantur, sed potius inde prono fluit alveo, ordinem, ne officiis, quibus devinēti sunt, satisfacere impedianter, intempestive, et sine justa causa, eos non esse revocaturum. Quare, cum conditio Equitum, qui in aliorum ministeriis, quibus se sponte submiserunt, constituti sunt, ita sese habeat, facile adpareret, eadem certe gaudere eos indulgentia, si in praestandis domino suo servitiis feudalibus sunt occupati. Tam tenue igitur est hoc adversariorum argumentum, ut ad eius confutationem ne verbo quidem amplius opus sit.

E 2

§. 15.

f) cap. 4, stat. supra allegat.

ad argumentum tertium.

Silentio praetermitto quaestionem, utrum clerici generaliter a successione in feudo secundum observantiam imperii excludi queant, an haec potius juri feudali longobardico derogaverit? Prostant bene multa clericorum in feuda imperii secularia, ducatus, comitatus et dynastias successionum exempla^g), siquidem aurea bulla eos tantummodo, ne potentia principum ecclesiasticorum augeatur, a successione in electoratus secularis excludit. Injure feudali longobardico clerici solummodo, qui arma bellica deposuerunt, divinis se se dicarunt, habirumque religionis assumferunt, a successione in feudo excluduntur. Equites O. T. vero clerici non sunt, quibus militia secularis interdicta est, quosque divinis quotidie vacare oportet, sed personae ecclesiasticae, quae non tam precibus, quam militiae suam addixerunt operam, et proinde ad militaria vasallorum officia eo promptiores et magis idonei evadunt ^h). Cum itaque hi Equites militiam non reliquerint, sed eorum partes in ea exercenda potissimum consistant, et rationes clericos a suc-

ces-

g) Moser Familien Staatsrecht 1. Theil 1. Cap. S. 40 etc. Füller ausgerlesene Rechtsfälle 2r Band 3r Thl. p. 553.

b) Nettelbladt Diff. de clericorum evangelicorum in feuda secularia successione §. 38.

cessione feudali excludentes in iis plane cesserent); sequitur, ut status eorum ecclesiasticus, quo clerci in sensu juris feudalium longobardici non efficiuntur, impedimento non sit, quo minus omnia ea, quae in juramento fidelitatis contineantur, praestare, ideoque in feudo succedere possint. Ex hac quoque ratione quondam ambo Comites Henricus, et Fridericus ab Hohenlohe k) O. T. Equites, et haud ita pridem Illustrissimus Dominus Comes ab Erbach Schoenberg, Serenissimi magni ordinis Magistri locum tenens Mergenthemii meritissimus, ad successionem in Comitatus Hohenloensem, et Erbacensem, sine ulla contradictione admissi sunt.

§. 16.

ad argumentum quartum.

Quae supra dicta sunt (§. 9.), sufficient certe ad hoc quoque argumentum confutandum.

Conceditur Equitibus O. T. eo ipso, quod extra ordinem, tum militares, tum non militares, petere honores, vel jubeantur, officiale quoque juramentum praestare. Qua de re, cum Augustissima Camera Imperialis anno MDCCCLXIII
haefi-

i) Itter de feudis imperii C. XIV. §. 24. Pistorius in quaest. juris Lib. 2. §. 22. Rosenthal de feudis cap. VII. concl. 30. n. 9. Ludwell Synopsis juris feudalium cap. IX. p. 202. Schrader Tract. feudalium p. VII. cap. V. n. 30. Berlich Concl. practic. concl. 39. n. 49. et 50. Struv. Syntagma juris feudalium cap. IX. §. 9.

k) Moser cit. I. p. 41.

haesitaret, an liber Baro a Künsberg O. T. Eques, et praesentatus circuli Franconici voto obedientiae ordini ita obstrictus sit, ut ad adfessoratum Camerae admitti possit, generalis ordinis Magister leges ordinis de hac re disponentes ita est authenticè interpretatus, ut vorum obedientiae O. T. Equites non impedit, quo minus et praeter ordinem honores sibi quaerere, et ea praestare queant, quae juramentum officiale ab iis exigeret 1). Quo facto supremum illud tribunal,

1) de Cramer in obs. jur. uniuers. T. IV. obs. 1057. hanc interpretationem publici juris fecit. Est ea sequentis tenoris: „von Gottes Gnaden Wir Carl Alexander, Administrator des Hochmeisterthums in Preussen, Meister teutschen Ordens in Teutsch und welschen Landen, Herzog von Lothringen und Baar, Marchio, Herzog zu Calabrien, Gelldern, Montferrat, in Schlesien zu Tescben, Fürst zu Charleville, Marggraf zu Pont a Mousson und Nomeny Graf zu Provence, Vaudemont, Blankenberg, Zütpfen, Saarwerden, Salm und Falkenstein, Herr zu Freudenthal und Eulenberg, des heil. Römischen Reichs, und Ihrer Kayserl, königlichen Apostolischen Majestät General-Feldmarschall, Obriester über zwey Regimenten zu Fuß, und General-Gouverneur derer Österreichischen Niederlanden etc.

Urkunden und bekennen hiermit: demnach in Unsers Ritterlichen teutschen Ordens Grundgesetzen ausdrücklich, auch heilfamlich verordnet und zugelassen ist, daß ein jeder nur ermeldtem Unserm teutschen Orden einverleibter Ritter sowohlen Civil- als Kriegsdiensten, bey Kayfern und Königen, bey Churfürsten und Fürsten, auch anderen hohen Herrn und Potentaten geziemend suchen und annehmen dürfe, so bis anhero auch Reichskundigmassen zur Uebung gekommen ist, daß Wir in dessen Gemässheit Unsers teutschen Ordens Rittern, Tryssler zu Ellingen, auch Hoch- und Deutschmeisterischen wirklichen Geheimen Rath

bunal praesentatum hunc admittere non amplius dubitavit. Jam vero, cum Equites Teutonici non prohibeantur ab alienis ministeriis tam civilibus, quam militaribus, extra ordinem capessendis, omnibusque cum his junctis obligationibus in se fuscipiendis, eos et feudum servitiis militaribus demereri, omniaque ea, quae vasallagium iis injungit, praestare posse. facile intelligitur. Sequitur exinde, ut cum iis, quibus ratione officii subordinati sunt, in omnibus rebus licitis morem gerere jubeantur, eorum eiam jurisdictionem, in quorum ministeriis constituti sunt, agnoscere debeant, licet alias ex indulgentia Imperatorum ab omni jurisdictione aliena exempti sint.

Sine speciali superiorum ordinis concessione eos contrahere non posse, nullibi sanctum reperitur. Quae de contracribus ab Equitibus, aut initis, aut adhuc ineundis, in legibus ordinis sunt disposita, ad bona ordinis sese tantummodo

refe-

Rath, Carl Wilhelm Freyherrn von Künsberg, die Hoch- und Teutschmeisterische gnädigste Erlaubnüs hierzu ertheilet, auch die Versicherung, wie hiermit beschiehet, von uns gestellt haben, das derselbige, im Fall Er, Freyherr von Künsberg, bey dem Kayserl. und Reichs-Kammergericht, als Beyfitzer, recipirt werden sollte, innerhalb denen ersten sechs Jahren nicht abgerufen, sondern bey seinem Amt, nach Maassgab der Cammer-Gerichtsordnung, gelassen werden solle; zu wesen mehrerer Bekräftigung Wir diese Versicherung höchsthändig unterzeichnet haben, auch mit Unserem Hochfürstlichem Hoch- und Teutschmeisterischem Geheimen Canzley-Insiegel bedrucken lassen; so geschehen Brüssel den 8ten April 1763.

Carl von Lothringen. (L. S.)

referunt. De iis aequae, ac de aliis bonis ecclesiasticis, posthabitis solennitatibus canonicis, disponi non potest, sed consensu capituli, et adprobatione magni ordinis Magistri opus est. Haec restrictio vero ad nexum feudalem referri minime potest.

§. 17.

ad argumentum quintum.

Fundamento destitui quintum hoc negantium argumentum, quilibet statim intelliget, qui cultui divino in ecclesia ad ordinem teutonicum spectante, semel tantummodo interfuit.

Sodales O. T. vel clericos esse ad sacra in templis ordinis peragenda assuntos, vel Equites militiae praecipue destinatos, jam supra expositum est. Illi cultui divino sunt dicati *m*), neutiquam vero hi, qui sacra non peragunt, nec magis, quam laici, divinis operam dare, sed jugiter armis inhaerere debent *n*). Leges itaque clericos a successione in feuda excludentes ad hos Equites, quorum non est, divinis vacare, minime quadrant.

Quamvis Commendatores beneficiis provisi sint, eorum tamen administratione, quam aliis confidere possunt, non impediunt.

m) cap. XI — XIV. regularum ordinis. Ill. Boehmerus in institut. iuris canon. §. 440.

n) Richter in Cons. et Resp. Vol. VII, cons. 115. n. 27. Rosenthal de feudis cap. VII. concl. 30. n. 9.

pediuntur, quo minus omnia ea, quae vasallis incumbunt, expedire queant, dum iis, necessitate ita ferente, praesertim si in aliorum ministeriis constituti sint, concessione Commendatoris provincialis ab his Praefecturis sibi concreditis abesse dissentis verbis indultum est o).

§. 18.

ad argumentum sextum.

Praestiti paupertatis voti non ea est vis, ut nihil plane jure dominii possidere queant Equites Teuronici, sed per id solummodo ligantur, ne de eo, quod jure dominii tenent, absque licentia testandi, quae iis pro modica summa, titulo redemptionis spolii solvenda, haud difficulter conceditur, mortis causa disponant. Quemadmodum clericis peculii tenendi, de eoque inter vivos disponendi p) jus est, ita et Equites Teuronici eodem gaudent jure, hac tamen differentia, quod eorum peculum latius, quam clericorum, pateat, quippe quod non solum bona, quae ex redditibus beneficii ecclesiastici acquisita sunt, sed etiam omnia ea, quae iis occasione militiae tam sagatae,

o) Cap. 7. stat, in fine. Wäre es aber Sach, dass sich der Commendatur in folche Herren Dienste, oder andere Gelegenheit begebe, also das er alle Jahr die Commenden nicht besuchen könnte, und es auch die hohe Nothdurft nicht erfordern sollte, so soll er doch solches dem Land-Commendatur berichten, auch die erhebliche Ursache, warum die Commende mit alle Jahr besuchen möge, vermelden.

p) C. un. de clericis non resident. in 6. C. 16. X. de praebendis.

— — — — —

tae, quam togatae, et jure hereditario obvenerunt, comprehendit q). Omnia haec jure possident proprietatis, quae iis et in litteris reversalibus, quas, facta professione, exhibere debent, expressis verbis tribuitur r); licet inter vivos restricto tantum modo, et mortis caussa, absque licentia testandi, plane non,

q) Concl. cap. gen- de ao 1736, §. 17 adj. sub Nro 6. ubi: unter das Peculium eines Ordens-Ritters gehört, und ist dem Erbregali unterworfen, alle seine verlassende Paarshaft, die in seinem gewöhnlichen Wohn- und Schlafzimmer, und nicht anderswo im Hause wohl verwahrt gefunden wird, desgleichen alle Schuld- und Capital - Briefe, alles was er von seinen Eltern und Befreunden ererbt, in Kriegs- oder politischen Diensten, oder auf andere erlaubte Weis außerhalb des Ordens Gefallen und Einkünften erworben hat, Ketten, Ringe, Kleinodien, Gelden und Silber-Geschirr, Kleider, Bücher, Wehr und Waffen, auch Reisige und Gutschen - Pferde.

r) Extraclus reversalium: — sondern auch alle diejenigen Schulden, so ich etwan wider Verhoffen von Zeit meiner Profession und Creuztragung bis zu meiner accommodation, auch nach bereits erfolgter accommodation da und dorten etwa machen, und zu meiner Nothdurft, oder sonst aufzunehmen genöthiget werden mögte, ohne einzigen Entgeld der Balley, ihrer Casiae, oder Häuser, und Güther von meinen Patrimonial-Mitteln vollkommen abzurichten und abzuzahlen etc. — auch da gleich viel oder wenig zu den ins künftig administrirenden Commenden Kosten und Vortheil aus meinen oder des Ordens Mitteln erwerbenden Güthern, und also ex propriis anwenden, und melioriren würde, will ich jedoch weder für mich, noch meine Freundschaft das mindeste derentwegen wiederfordern etc.

non de iis disponere queant ^{s)}). Quum itaque bona patrimonialia pleno jure possidere valeant, omnis profecto deficit ratio, cur possessionis dominii utilis feudorum, quae, defuncto ultimo posseffore, in proximos agnatos, virtute primae investiturae, transeunt ^{t)}, expertes habendi sint.

§. 19.

^{s)} Concl. cap. gen. d. 1791, §. 24. ad proponendum additionale 24:
Eben so wird ad proponendum additionale 24., nachdem wegen Unbestimmtheit derer älteren Ordensgesetzen sich bishero mehrfältige Zweifel herfürgeworfen, wie hoch die Summen sich belaufen dürfen, welche ein Mitglied des Hohen Teutschen Ordens zu verschenken berechtigt seye, die gesetzliche Verordnung gegeben, daß alle Schenkungen, so von einem Mitglied des Teutschen Ordens geschehen, sobald solche die Summen von drey hundert Ducaten übersteigen, null und nichtig seyn sollen, wenn nicht die mit einem höhern Werth gemachte Schenkung mit der respective Land - Commemthurlichen, oder Hoch - und Teutschmeisterischen Bestätigung versehen worden seyn würden, denn

dass es auch zur Gültigkeit einer beschehenen Schenkung wesentlich erforderl. werde, dass die geschenkte Sache würklich an den Donatarium mit dem völligen Eigenthum ausgeantwortet seye, und

dass endlich alle Schenkungen, welche entweder in articulo mortis bewirkt worden, oder sonst, als eine Donatio mortis causa angesehen werden könne, ebenfalls ungültig und nichtig seyen, in so fern das schenkende Ordens-Mitglied nicht vorläufig licentiam testandi im-petraret, und würklich erhalten haben würde.

^{t)} G. CH. Wolff in diss. de sacris ordinibus equestribus eorumque juribus §. 27.

C o n c l u s i o .

Haec sunt, quae pro instituti ratione de successione Equitum O. T. in feuda recta, et secularia publicae luci exponere volui; et postquam rations, cur clerici a successione in haec feuda excludantur, investigavi, easque in Equites Teutonicos minime quadrare, et oppositiones adversantium omni destituti fundamento, ostendi; thesis firma, stabilisque manet, quod, cessante in his Equitibus ratione, clericos a successione in feuda exsules pronunciante, et ipsa eorum exclusio cessare debeat.

T A N T U M !

Marburg, Diss., 1789/1800



f

sb.

Farbkarte #13



B.I.G.

Q. D. B. V.

11 89
1795 1

DISSERTATIO INAUGURALIS IURIDICA

DE

EQUITIBUS INCLVTI ORDINIS TEUTONICI
A SUCCESSIONE IN FEUDA RECTA ET
SECULARIA NON EXCLUDENDIS.

QUAM

RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO ET POTENTISSIMO PRINCIPE

AC DOMINO

D O M I N O

GUILIELMO IX.

HASSIAE LANDGRAVIO RELIQUA

EX DECRETO

ILLUSTRIS IURECONSULTORUM ORDINIS

PRO GRADU DOCTORIS

IN UTROQUE IURE LEGITIME CONSEQUENDO

Die Junii MDCCXCV.

P U B L I C E D E F E N D E T

A U C T O R

CAROLUS GEORGIVS AUGUSTVS SCHOENHALS

Marburgo Hassus.

MARBURGI

EX OFFICINA KRIEGERIANA.

